



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

19. Quàm vtilis, etiam peccatoribus, sit cultus Reliquiarum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

in die mala liberabit eum Dominus. Dies mala, cum Cassiodoro, post dies iræ, diésque iudicij quidem intelligi; sed non tantum illa dies mala est. Mala est omnis dies, in qua malum patimur; nec, quando in oratione dicimus: *Libera nos à malo*, à iudicio tantum liberari petimus; sed multò maximè à peccato, & peccati poenit.

**I.Tim.4.8.** Itaque, etiam Apostolo teste, pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vita, qua nunc est, & future. Qua de causa Pater ille filio

**Tob.4.7.** suo hoc documentum dedit: *Ex substantia tua fac eleemosynam*, & noli auertere faciem tuā ab ullo paupere, ita enim sicut, ut nos à te auer-

**Matth.7.2.** tatur facies Domini. Siquidem eadem mensura, qua mensi fueritis, re-

**Prou.21.13.** metietur vobis, ait Seruator. Vnde etiam, *Qui obturat aurem suam*

**Luc.16.24.** ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur; sicut non exauditus est Epulo clamans: *Pater Abraham, mitte Lazarum*, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam; quia ipse prius non exaudiuit Lazarum ante fores clamantem. Iu- stè negata est gutta, à quo negata fuit mica. At alijs, quibus fru- stra dictum non est: *Date, & dabitur*, quia dederunt pauperi, id- circo dat & Deus, siue cum esuriunt, siue cum sitiunt, siue cū ægrotant, siue cum calumniam patiuntur; siue cum periclitantur de- æterna damnatione. A Bonifacio igitur, & Aglaide, o mortales,

**Tob.12.9.** discite esse misericordes: quia *eleemosyna est, qua facit inuenire mis- ricordiam*. *An ignoras*, inquit, os aureum, qui iudicem mitigare volunt, non ipso examine caussa, sed priusquam iudicij ingrediuntur locum, bene- uolum sibi facere, vel amico, vel mediatore, vel præsule, aut modo alio, si- bi iudicem conciliare. Igitur & Deo, non sessionis tempore, suadendum,

**S.Chrysost.** **hom. 5. de** **pœnit.** **Psal.94. 2.** *Ante iudicij tempus mitigabilis est*; & ideo David ait: *Praoccupemus fa- ciem eius*. Illum magnum iudicem ars rhetoris nulla decipiet, & nullius potentiam mitigatur; dignitati non condescendit, non veneratur personam, sed tremendum & implacabile iusti iudicium. Nunc verò iudicem exo- rabimus, & placabimus, non pecunia, magis autem, (si verum dicere o- portet) clemens & pius ipse pecunia suadetur, non ipse manusua, sed per inopes accipiens. Da pauperi pecuniam, & iudicem mitigaueris. Hoc & Aglais fecit; &c, si facerent alia quoque, in malo Aglaidi pares fe- minæ, fortasse & ipsæ misericordiam consequerentur.

**XIX.** Sed aliud quoque fecit Aglais, quo sibi patrocinia conci- liauit. Subiit enim illa salutaris cogitatio ac vehementis quoddam & in- uitum desiderium reliquiarum Martyrum. Hinc Bonifacium ita est allocuta. *Scis, frater, qualibus simus coquinati peccatis, nec nobis cura- esse*

esse aliquid, quod expectamus futurum, ut sistamur ante Deum, & pro his  
graui subeamus supplicia. Ceterum audiui à quodam viro pio, quod, si  
quis eos, qui propter Christum passi & affecti sunt martyrio, in honore ha-  
buerit & coluerit, magna quadam & præclarâ eum illinc ex eo manet re-  
muneratio, & eâdem, qua illi, fruetur beatitudine. Hæc est altera cau-  
sa, ob quam Aglaïdem à Deo non negligi congruum fuit; quia sci-  
licet ipsa Sanctos Sanctorumque reliquias non neglexit. Quod i.  
fecit, exemplo Patriarcharum. Nam Iacobus Edyssenus Syrus me- Apud An-  
morat, Patriarcham Noë, tempore diluuij, ossa primi parentis A- dream Masi-  
dam, intra arcam reclusisse, finitōque diluuiio, illa inter filios suos um super c.  
diuississe, capútque, tanquam præcipuam partem, præcipuo ac pri- vltim.Iosue.  
mogenito filio donauisse. Cuius facti, sunt qui dicant, cauſam  
fuisse, venerationem reliquiarum protoplasti. Procopius Gazæus  
referens diuitias, quas filij Israël ab Ægyptijs mutuò acceptas, in-  
terram promissionis secum deduxerunt, ait: *Hebrai, quia carnalia Procop.Ga-*  
*sestabantur, iussi sunt mutuò accipere argentea, & aurea vasa: Moyses 2æ. in Exod.*  
*elegit viri iusti Ioseph ossa, qua prætulit immensis thesauris Ægyptiorum. 13.*  
Habéatque huius rei aliquod, in diuinis litteris, fundamentum; di-  
citur enim: *Tulit quoq; Moyses ossa Ioseph secum. Hos aliósque San-* Exod.13.19.  
*ctos imitata est Aglais, in Diuorum reliquijs venerandis. 2. Has ve-*  
*nerata est reliquias, quia, vt disertissimus Pater ait: Deus, qua est in S.Chrysost.*  
*humanum genus benignitate, inter alias, quas infinitas nobis salutis nostræ lib. contra*  
*occasionses dedit, & hanc quoq; viam nobis à se munitam esse voluit, idoneū Gentiles.*  
*ad virtutem capeſſendam ſtimulum; relictis ſcilicet interim, apud nos,*  
*Sanctorum reliquijs. Nam post sermonis facultatem, ipſe certè Sanctorū*  
*reliquiae proximum locum obtinent, ad animas hominum, in ipſos Sanctos*  
*intuentium, ad virtutum earundem emulationem, excitandas; ſepulchri*  
*enim sancti aspectus in animam nostram inuadens percellit, & exuſci-*  
*tat, ac perinde afficit, ac ſi, qui ibi mortuus iacet, preces ſimul fundat, præ-*  
*fensijs ad eſſe cernatur. Deinde fit, ut qui ſe ſic affectum cernit, mira ala-*  
*critate geſtiens, & quaſi aliud ex alio recedat. Hoc contigit Bonifacio,*  
*qui martyrum certamina ſpectans, martyr eiusit. Hoc euenit Aglai-*  
*di, que dum voluit martyres, in ſuis reliquijs, honorare. Martyrum*  
*preces meruit; inque oſſibus Bonifacij perpetuum habuit vitæ*  
*sanctioris exhortatorem. Nam anima quidem illius, in cælo, pro*  
*ea, Deum oravit; corpus autem, ex ipſo tumulo, ad quem illa quo-*  
*tidie ſupplex iacuit, eam exemplo, ad imitationem pœnitentię pro-*  
*uocauit. Sic correcta peccatricis incontinentia, gloriam ex culpa in-*

436 Ca. XLIII. Omnes ad pœnitentiā & gratiarū actionē vocari.

Plaut. in  
Trucul.

uēnit. Si autem hoc sanguis Martyrum potuit; sanguis Christi, quid non valebit, qui sanguini Martyrum vim omnem virtutēmque cōtulit? Seculi sapientes aiunt: *Piaculum est, misereri nos hominum rem male gerentium*; & aliorum sanguis ad cælum clamat, ut vindictam impetraret: sanguis Christi, clamat ad cælum, ut veniam impetraret; estq; tam misis, ut gloriosum ducat, *misereri hominum etiam rem male gerentium*. Hanc indolem à Magistro suo Sancti trahunt, qui sciunt, misericordiæ esse officium, miseris succurrere.

## C A P V T X L I I I .

*Deum, infinita sua clementia, omnes ad pœnitentiam gratiarūq; actionem inuitare.*

I.

Aristoteles  
in Admiran-  
dis. cap. 28.

Luc. 7.38.

Matt. 26.75.

Io. 19.34.



Anguis Christi Seruatoris tantæ est efficacitatis, ut non ille solùm delere peccata mortalium possit, sed etiam vim cōferat sanguini Martyrum peccata propria abluendi, & alienis veniam impetrandi. Neque sanguini tantū, sed etiam aquis Baptismi, & lachrymarum hanc virtutem indit. Scribit Aristoteles, fontem esse in Sicilia, in quo si aues aliisque animantia suffocata immergantur, reuiuiscant. Et multos audiui oculatos testes, qui se vidisse affirmarunt, canes in antrum quoddam Italæ inductos viuos, reductos pestilenti aurâ velut mortuos; qui, si in proximum stagnū injiciantur, ad se & vitam pristinam redeant. Quis hīc non agnoscat magistrum pœnitentiæ atque lachrymarum naturam? Defuncta erat Deo Magdalena, *lachrymis capit rigare pedes Christi*, & reuixit: audiuimus enim: *Remittuntur tibi peccata. Fides tuare saluam fecit. Wade in pace.* Mortuus erat Deo Petrus, quando cœpit detestari & iurare, quia non nouisset Christum; sed reuixit, vbi egressus foras fleuit amare. Nimis scius benignus Pater, non omnes adeò fortis fore, ut per martyria, & sanguinem fusum, peccata sua possint eluere; voluit ergo contentus esse, si vel lachrymis ea ablueremus. Hoc significauit fons ille, qui de latere Christi exiliens nos miseros mortales toties lethalibus plagis affectos, toties examinatos ad vitam reuocauit. Nam quando unus militum lancea latus eius aperuit, continuo exiuit sanguis & aqua. Fons sanguinis Martyrium, fons aquæ